



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Petri Francisci Chiffletii, Vesontionensis, Societatis Jesu  
Presbyteri, Opuscula Quatuor.**

**Chiflet, Pierre François**

**Parisiis, 1679**

V. Ludovico Seniori Regi praedicat mortem Philippi filii ejus primogeniti.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9409**



V. Ludovico Seniori Regi prædicit  
mortem Philippi filii ejus  
primogeniti.

**Q**UERELAM Episcoporum adver-  
sus Regem Francorum Ludovicum  
Seniorem, patrem ejus qui nunc est, Lu-  
dovici, manifestè explicant epistola beati  
viri ad Apostolicam Sedem pro hoc ipso  
directe. Factum est autem, ut die qua-  
dam congregarentur ad Regem Episcopi,  
& vocatus ab eis Abbas Clarevallensis,  
qui licet adhuc juvenis, summa tamen  
totius Ecclesie columna jam tunc videba-  
tur. Proidentes autem Episcopi ad pedes  
Regis, humiliter supplicabant ei, ut qui sa-  
tis antè dilexisset & honorasset Ecclesiam,  
parceret etiam in hac parte, ne fortè du-  
riùs quàm vellent, contra eum agere coge-  
rentur. At ille non satis eorum precibus  
acquievit. In crastinum autem durius  
arguebat eum venerabilis Abbas, mani-  
festè deminans quia offendisti terribilem,  
& ei qui aufert spiritum Principum, ter-



ribilem apud Reges terra : & certus esto quoniam offensa hæc , primogeniti tui Philippi morte multabitur. Vidi enim nocte præteritâ , & ecce tu cum filio tuo Ludovico procidebas ad pedes Episcoporum : intellexi autem continuo moriente Philippo supplicaturum te eis , quòd non possis nisi per manus eorum substituere Ludovicum. Erat enim Philippus jam unctus in Regem , magna omnino spei adolescens , & patri ( quod ex abundanti est dicere ) omnino carissimus. Unde & audito sermone commota sunt viscera patris super filio suo. Et promisit satisfacturum se Episcopis : sed consiliis seductus iniquis à promissione resiliens , non post multum temporis , miserabilem satis obitum filii sui Philippi , ipse & tota cum eo Francia deploravit.